Ye"
3654

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75718-p0001-8

V,2.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75718-p0002-4

Vitebergensia academica miscellanea.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75718-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75718-p0004-5

v. Ponik Pr. 2
204.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75718-p0005-0

THEOLOGIÆ STUDIOSIS IN ACADEMIA VVITEBERGENSI PACEM P.

CUM ex ipſo per Spiritum Sanctum revelato verbo facilè animadverteret Academiæ VVitebergenſis ille nunquam ſatis laudatus parens & conditor, Saxoniæ Dux, & creandis Monarchis Romanis Septemvir, FRIDERICUS III. cognomento Sapiens, neminem poſſe ex divinis Scripturis ad juſtitiam erudire alios, niſi qui ipſe etiam adoleſcentulus non fuit oblitus juſtificationes illas Domini, ſed qui etiam ab infantia, ſacras litteras & teſtimonia Domini fidelia, ſapientiam præſtantia parvulis, & ſuper ſenes intelligere facientia, noſſe ſtuduit, adeoq́ qui multo tempore, dies & noctes, toto corde meditatus & ſcrutatus fuit laudem Domini; Cumq́ perſpiceret, de S. S. judicio repellendos eſſe ubiq́ locorum, ut non fungatur ullo ſacerdotio, omnes illos pſeudotheologos, qui negligentia vel contemtu talem ſcientiam in infantia & adoleſcentia repulerunt: Iccircò omnibus ad miniſterii Eccleſiaſtici & Theologici eminentiſſ: auctoritatem aſpirantibus, ſub ipſo initio creatæ Academiæ ſpecialem legem poſteris omnibus diligenter obſervandam, utpote procul ambiguo, præſtantiſſimos Theologos, & in fundamento experientiſſimos concionatores progeneraturam aut tulit ipſe, aut ab antiquioribus mutuo ſumptam renovavit.

Verba legis ſunt hæc quæ ſequuntur: *Promovendus in Biblicum* (erat is inter quosdam gradus quinque infimus) *legitimè doceat, vel ſi facultati videbitur, inſpecta ſua qualitate jure jurando aſtringat, ſe in aliquo ſtudio generali & privilegiato ſacræ Theologiæ operam navaſſe QUINQUENNIO à tempore magiſterii in artibus ſuſcepti, vel ſi eo careat SEPTENNIO, quod audiverit curſorem Biblicum atq́ Sententiarium.* Hactenus verba legis. *Biblicum autem* (qualem cum primis eſſe convenit omnem concionatorem) *lex illa indigitat in lectione ſacrorum Bibliorum veteris & novi teſtamenti tam probè verſatum, ut exactè calleat Biblicarum hiſtoriarum omnium omnem ſeriem, ut introſpectam & penitius perſpectam habeat veteris & novi inſtrumenti harmoniam, ut difficilium locorum apparentiumq́ antilogiarum concinnam & perſpicuam conciliationem, veramq́ explicationem, tum ex ipſis fontibus & nativis linguis, quibus S. S. fuit uſus, tum ex illa nunquam ſatis deprædicatâ contextuum collatione, per quam intermedia ex præcedentibus conſequentibusq́,* ratione & jure ita dictante, *interpretationem genuinam & accuratam neceſſariò recipiunt, ſine hæſitatione inſtituere queat, ut deniq́ uſum ſcripturarum in docendo & refutando, in conſolando & objurgando familiariſſimè ſibi comparatum promtiſſimè in caſibus quotidianis expedire valeat.*

Rationes legis iſtius, ſi quis expendere cœperit, reperiet tum alias tum hanc quoq́ graviſſimam. Etenim, ut ſatis æſtimare licet, etiam olim obtinuerat ea conſuetudo, ut profeſſoribus Theologis & ſacrarum paginarum interpretibus plurimi Academici ſtudioſi ſerius quàm tanti negotii gravitas & aliæ neceſſitatis rationes poſtulabant, ſeſe traderent, dum annorum Academicorum vix partem viceſimam & eam quidem aut omninò ultimam, aut quandoq́ vix ultimam, ſtudiis Theologicis reſervabant haut pauci. Videbant quippe plurimos non niſi demum anno ætatis 24. aut etiam tardius ad Theologicos Doctores auſcultandos animum applicare, imò plurimos in ipſo anno gradus aſſumpti, de quo in lege mentio extat, evocari ad cathredas Eccleſiaſticas occupandas. Hi qui nec 24. prælectionibus Theologicis auſcultandis operam navaverant, quanto poſtea cum commodo (ſcilicet) Eccleſiis præeſſe potuerint, omnium prudentum & piorum eſto judicium. Divinis igitur mandatis commotus ſapientiſſimus decreti auctor magnas confuſiones præcavere voluit, dum omnem ætatem laboris patientiorem & omnem vim memoriæ vegetioris pertinaciorem, ſanctioribusq́ cum primis debitam, ſtudio Theologico perire noluit.

Et hanc legem etiamnum hodie cuſtodiendam eſſe omnibus miniſterii & Theologici ordinis Sareptas ambituris, utiq́ non immeritò flagitabunt, quotquot gloriam DEI & ſinceritatem religionis nobis & poſteris ſalvam eſſe exoptabunt. Sed quia non omnibus contingere poterit diuturnior quinquennalis, ſeptennalis, vel decennalis in Academiis commoratio, ſine dubio ſapientes omnes & gloriæ DEI amantes concedent haud ægrè, ſtudioſis ipſis providendum eſſe, quonam pacto aptè diviſis diligentiæ juvenilis & Academicæ vitæ horis mox poſt primum ingreſſum in Academiam paulò maturius pariter ire queant ſtudia illa, Philoſophicum, *quia eruditam & ſobriam philoſophiam & cum primis linguarum noticiam magnum DEI munus & Theologi neceſſarium ornamentum eſſe experti profitemur,* & Theologicum, *cujus tractatio tandem propria & perpetua eſſe debet illi, cui Doctoris in Eccleſiis perſona fuerit imponenda.*

Porrò voluit ſapientiſſimus idem princeps exerceri Biblicum non tantum in novo, ſed ſimul etiam in veteri inſtrumento, idq́ voluit itidem ad mentem & præceptum ipſius S. ſancti. Tunc enim cum nondum extabat ullum ſcriptum novi teſtamenti, Chriſtus, Abra[...]*amus acclamans divitem ex cœlo, Paulus Apoſtolus & alii ad veterem ſcripturam provocant & adhortantur. Et ſicut Apollos potens in ſcripturis veteris teſtamenti fiducial*[...]*er agebat in Synagogis & vehementer revincebat Judæos publicè, oſtendens per ſcripturas JESUM eſſe Chriſtum: Sic verè potentes evadent adverſus omnia dogmata h*[...]*retica illaqueantia animas & in profundum præcipitantia, quotquot utriusq́ inſtrumenti libros conjunxerint. Inter ſcripturas Veteris teſtamenti ego quoq́ hactenus* [...] *Moſe, duce iſto Chori prophetici, fonte omnium ſcripturarum ſacrorum & Oceano univerſæ Theologiæ explanando deſudavi. Et poſt primum librum feliciter abſolutum di*[...] *Martis* σὺν θεῷ *me accingam ad ſecundum; De cujus ingentibus utilitatibus hic nihil addere libuit. De me nihil aliud ſubjicio, quam quod conſuetâ methodo, fide, diligentiaq́ officio* [...]*lemandato defungi velim. Bonitas autem & miſericordia Domini Zebaoth ſubſequatur nos docentes & diſcentes in hac Academia ſingulos & omnes, repleaturq́ ejus majeſta*[...] *omnis terra noſtra, omnis habitatio noſtra, omnis anima noſtra, omnibus diebus vitæ noſtræ, Fiat illud ab hoc tempore & usq́ in ſeculum & finem mundi. AMEN. P. P. D*[...]*câ REMINISCERE, Anno Chriſti 1611.*

VVOLFG. FRANZIUS, Th. D.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75718-p0006-6

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75718-p0007-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75718-p0008-6

DIOSIS IN ACADEMIA
RGENSI PACEM P.

facilè animadverteret Academiæ VVitebergenſis ille nunquam ſatis laudatus parens & conditor,
temvir, FRIDERICUS III. cognome divinis Scripturis ad juſti-
non fuit oblitus juſtificationes illas Domini s litteras & teſtimonia Do-
ſenes intelligere facientia, noſſe ſtuduit, ad ctes, toto corde meditatus
de S. S. judicio repellendos eſſe ubiq; locoru tio, omnes illos pſeudotheo-
in infantia & adoleſcentia repulerunt: Ic eſiaſtici & Theologici emi-
atæ Academiæ ſpecialem legem poſteris omn tpote procul ambiguo, præ-
ſimos concionatores pro generatur am aut utuo ſumptam renovavit.
vendus in Biblicum (erat is inter quosdan timè doceat, vel ſi facultati
rali & privilegiato ſacræ Theologiæ opera NIO à tempore magiſterii
m Biblicum atq; Sententiarium. Hacten n autem (qualem cum pri-
orum Bibliorum veteris & novi teſtamenti alleat Biblicarum hiſtori-
veteris & novi inſtrumenti harmoniam, umq; antilogiarum concin-
is & nativis inguis, quibus S. S. fuit uſus, edicatâ contextuum colla-
re ita dictante, interpretationem genuina piunt, ſine hæſitatione inſti-
do & objurgando familiariſſimè ſibi compa otidianis expedire valeat.
c quoq; graviſſimam. Etenim, ut ſatis æſt rat ea conſuetudo, ut pro-
ici ſtudioſi ſerius quàm tanti negotii gravi oſtulabant, ſeſe traderent,
ninò ultimam, aut quandoq; vix ultiman nt haut pauci. Videbant
icos Doctores auſcultandos animum appl gradus aſſumpti, de quo in
c 24. prælectionibus Theologicis auſcultan poſtea cum commodo (ſci-
. Divinis igitur mandatis comm r magnas confuſiones præ-
riæ vegetioris pertinaciorem, ſanctioribu heologico perire noluit.
Theologici ordinis Sareptas ambituris, u uot quot gloriam DEI &
on omnibus contingere poterit diuturnior el decennalis in Academiis
ud ægrè, ſtudioſis ipſis providendum eſſe, qu iæ juvenilis & Academicæ
ire queant ſtudia illa, Philoſophicum, qui iam & cum primis lingua-
ſſe experti p fitemur, & Theologicum & perpetua eſſe debet illi,

in novo, ſed ſimul etiam in veteri inſtrum em & præceptum ipſius S.
riſtus, Abra amus acclamans divitem ex d veterem ſcripturam pro-
enti fiducial er agebat in Synagogis & v ublicè, oſtendens per ſcri-
a dogmata h retica illaqueantia animas quot quot utriusq; inſtru-
q; hactenus Moſe, duce iſto Chori prop rum ſacrorum & Oceano
bſolutum di Martis σὺν θεῷ me accingam a s utilitatibus hic nihil ad-
entiaq; officio demandato defungi velim. Domini Zebaoth ſubſequa-
jus majeſtas omnis terra noſtra, omnis b ſtra, omnibus diebus vitæ
P. P. Dominicâ REMINISCERE, Anno Chriſti 1611.

VVOLFG. FRANZIUS, Th. D.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75718-p0009-6